



De ratione syllabarum brevis isagoge, qua nulla magis succincta esse poterit

<https://hdl.handle.net/1874/423198>

2

DE RATIO NE SYLLABARVM BREVIS

*I*sagogē, qua nulla magis succincta esse poterit. Re
cognita ī ab eius authore D. HENRICO
Glareano Heluetio, Poëta laureato.

EIVSDEM.

SUCCINCTA DE FIGVRIS,
quibus crebro Poëtæ utuntur, lucubratio, ex
diuersis authoribus, Cicerone, Quintiliano,
Seruio, Prisciano, Diomede, atq; inter re
centiores Antonio, Mancinello,
collecta.

FRIBURGI BRISGOIAE AN.
M. D. XXX.

3

IOANNI AEGOLPHO OF.
fenburger Basileiensi, Clarissimo adulescen-
ti, HEN. GLAREAN
NVS, S. D.

Anni iam aliquot lapsi sunt, charissime Aegol-
phe, quando de syllabis nescio quid perpusillū
à nobis præceptum est. Id posteaquam ex Ita-
lia redieram, denuo in manus nostras uenerat; reuisi-
tum utcunque. Ceterum alijs elapsis annis recogni-
tum, Ioanni Fabro Emmeo Calcographo Basileiensi,
uiro honesto, & in literis eximie eruditio, premendum
dedi. Circunsipienti autem mihi cui hoc potissimum
dedicarem, nemo te uel potior, uel aptior in mentem ue-
nit. Quippe cum sis adulescens, ac florentibus adhuc
annis, tamen nescio quem adultum, non dico ad æquas
tantum, sed lögissime grauitate, moribus, maturitate an-
tecellis. Deinde cum & alto loco natus sis, & clarissi-
ma parentela, nilq; desit, quod iuuenilem animum in-
flare posset, tumidumq; & insolentem reddere, in te ta-
men genuina hec uirtus, atq; prudens animi magni-
tudo, omnia modesta, omnia matura, nihil superbi, nihil
inflati ostendit. Adde q; literarum præterea tantus in te
est ardor, tanta cupido, ut nullum momentum absq; stu-
dio, nullam diem absq; linea abire simas. Hoc me hercle

A 2 quod

quod sub me quondam magistro tuo, deinde sub Guilia
elmo Nefeno, bonarum literarum strenuissimo patro-
no, nullisq; temporibus poenitendo præceptore, crebro
judando monstrasti. Accipe igitur charissime Aegola-
phe, benigno animo eas de syllabis præceptiones, que
adolescentem scire operæ pretium est, adultum ignoran-
re (si modo literatus & doctus uideri uelit) turpisimū.
Quo in negotio, certo scio, neq; dicendi suauitas, que
hic & prorsus nulla est, & nulla forsitan esse po-
terit, neq; res ipsa, que sane pueros de-
cet, sed breuitas summa te dele-
ctabit. Vale, Basileæ, ex
Lacydio nostro.

HENRICI

GLAREANI, POETAE LAV=

REATI DE SYLLABA.

rum ratione breuis Isagoge.

DE SYLLABA, ET EIVS
ACCIDENTIBVS.

CAPVT .I.



V M Grammaticæ partes sunt
quatuor, litera, syllaba, dictio, et
oratio, de solanunc syllaba lon-
quemur. De qua & Priscianus
ab initio secudi libri late pertra-
ctat. Est aut syllaba literarū cō-
prehensio, uno spiritu prolatā.

Cui accidunt quinq; tenor, spiritus, tempus, passio &
numerus. Tenores tres, acutus /, grauis \, & cir-
cumflexus ^. Spiritus duo, asper ., & lenis . . Tē-
pora duo, longum - & breve u. Passiones tres, auera-
sio, subunio -u- & distinctio . Numeri sex, nā nulla
syllaba ultra sex habet literas, teste Prisciano. Omnis
aut syllaba uel est prima, uel media, uel ultima. Prima
syllaba dicitur, quæ ponitur ab initio dictionis plurium

A 3 syllam

DE SYLLABARVM

syllabarū. Quod ultimū adiecimus propter monosylla-
ba, quæ in ultimis syllabis numerātur. Media syllaba
dicitur omnis, quæ neq; prima est, neq; ultima dictionis.
Ultima syllaba dicitur, quæ terminat dictionem. De his
omib; sit exemplū Sardanapalus, hic syllaba sar pri-
ma, lus ultima est, reliq; oēs mediæ. Porrò tria in quouis
carmie dinoscere necesse est, Primo syllabæ quantitatē,
Secundo pedū rationē, id est, ex quibus syllabis pes qui-
uis cōstituatur, Tertio quos pedes carmē quoduis, locis
quibusuis accipiat. Primo itaq; de syllabis, quot modis
noscantur, dicemus. Deim de et de pedibus, & de carmi-
num generibus suo ordine prosequemur.

DE SYLLABIS REGVLÆ GENERALES.

Caput .II.

SYLLABARVM quantitas generali pre-
ceptione, octo modis dinoscitur, positione, uocali
ante alteram uocalem, diphthongo, deriuatione,
compositione, præpositione, regula et exemplo.

DE POSITIONE.

POSITIO est, quando due consonantes se-
quuntur uocalem, ut pannus, doctus, luscus, sa-
gitta, sophista, iners, petulans. Aut quando una
quidem, sed tamen duplex consonans sequitur uoca-
lem

RATIONE.

+

lem, quales sunt x, z, & i positum inter duas uocales ut axis, gaza, maior, Troia, peior, syntaxis, Amazones, Pompeius, rex, atrox, supellex. Est etiam in diversis dictiōibus positio, cum prior in consonantem finitur, et altera à consonante incipit, ut Sylvestrem tenui musam meditaris auena. ubi tertia syllaba est longa positione; nam post uocalem e sequuntur m & t. Sed si prior dictio in uocalem breuem exeat, & sequens à duabus consonantibus incipiāt, nō erit ob id statim positio, uel uocalis breuis longa, ut in hoc Horatij: Limquimus, insani ridentes præmia scribē. Verg libro. I. Geor. Et causa flumina crescunt. Quamuis poëtæ Latini nonnunquam græca imitatione sic positionem fecerint, quemadmodum Verg. Aegloga. 4. Terras que tractusq; maris, coelumq; profundum. Notandum circa omnem positionem posse longari quoties placuerit, Sed non ita corripi quoties uoluerimus, nisi e& præcedens uocalis sit natura correpta, & sequatur mutatio liquida. Vtra harū conditionū defuerit, nunq; poterit positio corripi. Genitiuus nang; patris, à breui ntō pater, corripit primā. Sed matris et fratri genitiui minime qa māter & frāter primā longant. Eodē modo tenebræ, lugubris, podagra, pharetra mediā corripiūt natura. Salubris autem, arātrum & lauācrum, mediā longant, nunquam corripiunt. quandoquidem à longis sunt. Quod si tenebræ median longatam inuenies, ob

A 4 positio-

DE SYLLABARVM

positionem factū putato, quæ perpetuo longari potest,
breuiari non item. Forstian aut in his tutissimum erit,
à bonis authoribus non declinare. Nam ut genitrix mea
diam produxeris, uitium non effugies, quippe quā ne
mo unquam produxerit, etiam si sit positio.

DE VOCALI ANTE VOCALEM. Caput .III.

Vocalis ante alteram uocalem in latinis dictio-
nibus semper corripitur, ut Deus, Maria, Lu-
cia, Marius, Lucius. Excipitur fio, quoties no
segtur r post e, nam tū i corripitur, sicut fierem: & ge
nitivi nominū & pronomi in ius, q ferè ancipites sunt.

DE DIPHTHONGO Cap .III.

OMnis diphthongus longa est, ut laus, Eurus,
Aeneas, cœlum. nisi sequatur uocalis in eadē
dictione, ut præbendo, præuro. Verg.lib .7.
Stipitibus duris agitur, sudibus ue præustis.

DE DERIVATIONE. Cap. V.

Tanta est syllaba deriuatiui, quanta est primiti-
ui. quemadmodū enim amo primā corripit, ita
& omia ab eo tempora, omnia uerbalia, omnia
quoq; participia. Exceptiones uero, quæ paucæ sunt,
quære apud alios. Sane nonnunq; uel nō est aperta de-
riuatio, ut remigium à remeo, cum potius à remo: uel
est

R A T I O N E .

est literarum ordo confusus, ut à tñuenis iñior: uel li-
centia, aut scriptorumq; usus aliter uoluit, que apud
illos studiosus facile inuenire poterit.

D E C O M P O S I T I O N E C a p . V I .

Compositio accentu syllabarum quantitatē de-
monstrat: ut si nescias quanta sit prima de po-
tens, cognosces ex accentu dictionis impotens.
Item pius, probus, ex accentu dictionum impius, impro-
bus. Currendum igitur est ex compositis ad simplicia,
et contra, quemadmodū ex deriuato ad primituum.
Vt si in dictione fortunatus, quanta sit syllaba tu, ig-
noras, inspice primituum fortuna. Ita in dictione natu-
ralis, dictionem natura. Non secus uerba ex compo-
sitis noscuntur, ut lego, perlego, ludo, illudo. Composita
itaq; plerumq; simplicium naturam sequuntur.

D E P R A E P O S I T I O N E C a . V I .

Præpositio tanta est in compositione, quanta est
extra compositionem. Sunt autē hæ ferè longæ
præpositiones, de, præ, è, à, se, di, dis, et pro: ut
demitto, præmitto, emitto, amitto, seligo, diduco, distra-
ho, promitto. Re autem in compositione corripitur,
ut reduco. Reliquæ præpositiones subiacent regulis
generalibus et specialibus, ut ab, abs, ex. Inde in uera
bis compositis cum præpositione, cundum est ad primis

DE SYLLABARVM
tiuum, quatenus numerum syllabarum supputas, ut res-
lego, le prima syllaba.

DE REGVLA. Cap. VIII.

PRIMA regula. Omne præteritum disyllabum primam producit, cum omnibus que ab ipso for-mantur temporibus, ut legi, légeram, legisse, lē-gerim, légero, legisse. Excipiuntur sex præterita cū suis compositis: Fidi à findo, scidi à scindo, bibi à bis-bo, dèdi à do, steti à sto, tuli à fero.

SECUNDA REGVLA.

Omne præteritum principium geminans, primam corripit, ut mōmordi, cūcurri, pōpuli.

TERTIA REGVLA.

Omia alia præterita quantitatē præsentis obseruāt, sicut & alia oīa tempora. Nam sicut in amo prima cor-
repta est, ita in amauī, nisi literatura non obseruetur, ut in his quatuor, genui, posui, potui & coēgi, que primā breuiant, quamvis à longis ueniant. Et in his quidē re-
fficiendū est ad præcedentes regulas. nam rui, lui, spui,
nui & similia, esto sint disyllaba, tamē quia uocale ante alteram uocalem habent, corripiuntur.

QVARTA REGVLA.

Suplinum disyllabum primam producit, cū omni-
bus partis

RATIONE.

6

bus participijs ab eo deriuatis, cū omnibus uerbalibus,
cū omnibus uerbis frequētatiis, ut usum à video, para-
ticipia usus a um, & usurus a um, et uso is ere, usito
as are, usio onis, usus nomen. Excipiūtur hæc supina
cū suis cōpositis, Itum ab eo is ire, inde redditum penul.
cor. quicunq; à queo, inde nequitum penul. cor. citum à
cieo, inde concitum pen. cor. situm à simo, inde desitum
pen. cor. litum à limo, inde illitum pe. cor. datum à do,
inde redditum pe. cor. statum à sto, inde instiū pe. cor.
satum à sero, inde insitum pen. cor. rutum à ruo, inde
obrūtum pen. cor. Notum à nosco primam longā han-
bet, sed in compositione mutat o in i breue, ut agnatum,
cognitum. In his omnibus necesse est esse usum coniu-
gationū, & respectum ad deductionem temporum.

DE EXEMPLO. Cap. IX.

SIcut illustres poëtæ, citra licentiam usi sunt syllae-
bis, eo licet modo nobis quoq; uti, quæ est omnium
certissima cautio.

DE REGVLIS SPECIA.

LIBVS. Cap. X.

DE regulis specialibus, quas appellat, solent da-
ri tria carmina, quæ negotium pueris satis ape-
riunt. Eritq; haud dubie consultius pueros sic
edoceri, quam in tam uastum pelagus ignaram iuuem-
tutem temere deducere, quo modo nostra ætate nullum
syllabis

DE SYLLABARVM

Syllabis finem ponunt, nullo antiquorum, quod imitentur, grammaticorum exemplo edocti, male grammatici. Quanquam non negauerim utile esse omnes syllabas, si fieri queat, notas esse, praesertim adultis, sed nos hec pro pueris scripsimus. Primum igitur carmen ostendit omnes uocales in primis syllabis, qua ratione consistunt. Secundum, uocales in medijs. Tertium, omnes omnium dictionum terminations.

De primis syllabis.

a e i o u
Manſla, delenſteue, flinsdiuerim, bodogosmo, cudrunſgumſt.

De medijs.

a e i o u
Gau, bedecelmentu, qui, noſt, dugrumunticus adde.

De ultimis.

A u i n c, ae es os, finales dantib longas.

Et ut rudes quoq; hec intelligant, considerandum uocales perpetuo respicere consonantes sequentes, non præcedentes. Hoc igitur docens carmina, uocalem præcedentem has, que in his dictionibus ponuntur, consonantes, ante eas produci; ante reliquas uero, que in ijs positæ non sunt, corripi. Exempli causa. In primis syllabis, a ante b corripitur, sicut labellum. a ante c corripitur, ut acerbus, acies. a ante d corripitur, ut uadum, quadro. a ante f corripitur, ut uafra. a ante g corripitur,

RATIONE.

7

tur, ut magus, ago. a ante l producitur, ut ales, atq; ita
deinceps de omnibus uocalibus primarum syllaba-
rum. Et de medijs syllabis eodem modo. In his enim
a ante b, c, d, & f, uel ph, corripitur, ut arābes, alācer,
lampādis, & colāphus. a ante g producitur, ut imā-
go, uirāgo &c. De ultimis uero syllabis non est relatio
uocalium ad consonantes, sed dicimus in a finita pro-
duci, ut frustrā, amā, extrā. in b finita corripi, ut ab.
in c produci, ut lac, halec. in d corripi, ut apud. in e
corripi, ut ouile, caprile, ac deinceps in reliquis pa-
ri modo.

Notandum tamen Grammaticos regulas has, fa-
tor, magis curiose quam docte inuertere, ut qui dixe-
rit a ante l produci in primis syllabis, continuoq; mul-
tas exceptiones posuerit, alter illas sub regula generali
comprehendens, edicit regulam, a ante l corripitur, et
quas prior sub regula generali comprehendit dictio-
nes, ipse à sua regula excipit. At hæc hactenus de
syllabis, quas studiosum huius negotij primo consyde-
rare oportet. Nunc de pedibus, quam potero, breuissi-
me aliquid dicemus. Id enim alterum erat, quod huius
rei studioso necessarium esse ab initio dixeramus.

DE PEDIBVS ET ACCIDEN
TIBVS EORVM. Cap. XI.

OMNE Carmen certo aliquo numero comprehenditur, qui cum sit per partes distinctus, iis illis nomen dedit, et pedes vocavit, q; ut animal pedibus, ita carmen numero currat. Is tamen numerus syllabarum est: & breuis quidem syllaba unum habet tempus, longa uero duo. Vna igitur longa syllaba, duabus par est breuibus. Est igitur pes, metrika syllabarum constructio. Cui accidunt: octo, eleuatio, depresso, proportionatio, syllabarum numerus, tempus, resolutio, figura & ordo. Oportet enim in omni pede, cū una syllaba pede minime conficiat, priorem eleuari partem, sequentē de primi. Rationē autem inter se habet uel æqualem, uel inæqualem. Et id bisariam, uel in syllabis, uel in temporibus, ut dactylus & spondeus, æquale in temporibus, inæqualem in syllabis, ut pote sesquiplam. Syllabarū quoq; numerus in his est duarum, in his trium, in alijs quatuor. Possunt deinde oēs pedes in tempora resolui, ut dactylus in quatuor, iambus in tria, pyrrhichius in duo &c. Ceterū hi simplices sunt, ut iambus, spondeus: hi cōpositi, ut dijambus, dispondeus. Deniq; omēs suū expetunt in carmine ordinem. Nā non omne carmē quoslibet accipit pedes, aut saltem non quibuslibet locis. Sunt autē hi pedes in frequentiori usu octo & uiginti.

Pedes q sunt in frequēti ori usu,	Quatu or disyl labi.	Pyrrichius	ut	Deus u-
		Spondeus		Audax --
		Iambus		Dies u-
		Trochaeus		Mater -u
	Octo tri syllabi.	Dactylus	ut	Tityre -uu
		Anapæstus		Species uu-
		Tribrachys		Dominus uuu
		Molossus		Aeneas ---
	Sedecim tetrasyl labi.	Amphibrachys		Libellus u-u
		Amphimacrus		Castitas -u-
		Bacchius		Egestas u---
		Antibacchius		Natura --u
	Sedecim tetrasyl labi.	Proceleusmaticus	ut	Relegere uuuu
		Dispondeus		Oratores ----
		Dijambus		Amoenitas u-u-
		Ditrochaeus		Cantilena -u-u
		Antispastus		Alexander u--u
		Choriambus		Virginitas -uu-
		Ionicus à minore		Diomedes uu--
		Ionicus à maiore		Demetrius --uu
		Primus		Lætitia -uuu
		Secundus		Potentia u-uu
		Tertius		Alienus uu-u
		Quartus		Celeritas uuu-
	Epitritus	1.	ut	Sacerdotes u---
		2.		Conditores -u--
		3.		Concordiae --u-
		4.		Constantinus ---u

DE SYLLABARVM

Et neq; parum reterit quibus pedibus carmen absoluas. Oportet namq; rerum modum conspicere in primis. Vbi uel maxime considerandum est, ut carmen suis pedibus, decentiq; incessu, quod uolumus, festiuiter pingat. Sanè si uelocitas est prescribenda, solis utemur dactylis, quomodo Vergili. lib. 2. Aeneidos, turris la-
psum graphicē ante oculos ponit :

Conuellimus altis

Sedibus, impulimusq; ea lapsa, repente ruinam
Cum sonitu trahit, & Danum super agmina late
Incidit.

De Pyrrhi quoq; irruptione in domum Priami, ait:
Labat ariete crebro. ubi sex breuibus syllabis
usus est. Et in. 12. Genua labant, proceles maticum
pro dactylo posuit, nam in temporibus hi conueniūt.

At si contra res graues describenda sint, iam multis spondeis negotium cumulamus, quo pacto idem in
2. Aeneidos. Aeneam extrema Priami fatā narrantem
inducit. Ait enim de Hecuba senem Priamum ab armis
prohibent.

Sic ore effata, recepit

Ad se, & sacra longeum in sede locauit.

Cæterum sonum aut gestus rerum, ille idem festiuiter
pedibus pinxit, ut bouis casum in. 5. his uerbis,

Procumbit humi bos.

Et equi cursum sonancem in. 8.

Quadrus

R A T I O N E .

Quadrupedante putrē sonitu quatit ungula campū.
Et sonitum tubæ in vi.

Sed dū forte cava, dū personat æquora concha.
Item gestum fabrorum Vulcani in viij. his uerbis :
Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro.
Brōtesq; Steropesq; et nudus mēbra Pyracmon.

Et paulo post :

Illi inter se se multa ui brachia tendunt
In numerum, uersaniq; tenaci forcipe massam.
Item magnitudinem rei horrendæ sic .i. Aene. de Polymo : Monstrum horrendum in forme ingens.
Et quarto Aeneidos de fama :
Monstrum horrendum ingens.

Item in vi. de monstribus :

Et centum geminus Priareus, ac bellua Lerne,
Horrendum stridens, flāmisq; armata Chimera,
Gorgones, Harpyiaeque, et forma tricorporis übræ.
Sed puto in re cū copiosa, tum manifesta tot exemplis
me fastidium parere. Quod si quis tam est stupidi inge-
nij, aut nihil auris habens, ut hæc iudicare nequeat,
non laboret hortor. Dici enim posset illi, id quod Pro-
bus apud Gellum cuidam rudi, et aure agresti homini
obijciebat, cum sit tale quoddam hominum genus, ut
sine iactura sui peccet, nihil eum perdere, qui eiusmodi
Vergili ingenium non tolluerit. Hucusq; de
pedibus, secunda huius negotij parte. Restat ut tertiam

B de car-

DE CARMINVM
de carmibus, sed succinctim, uelut cetera absoluamus.
DE CARMINVM APPEL-
LATIONE. Cap. XII.



ARmin agenerali appellatione, primo in quatuor ptes discreta sunt. Est enim quoddā qđ Catalecticū dicitur, cui deest una syllaba. Est qđ Brachycatalecticū cui due syllabæ, uel plenus pes deest. Est deniq; qđ Hypercatalecticū dicitur, qđ una syllaba redundant. Est postremo qđ Acatalecticū dicitur, cui superest, aut deest nihil.

Secundo à numero pedum, in sex partes. Est enim quoddam Monometrū dictum, quod duobus pedibus constat, ut Nubibus atris. Est quoddam Dimetrum, in quo pedes fluunt quatuor, ut Amice propugnacula. Quoddam Trimetrum, quod sex habet pedes, ut Nec fonte labra prolui caballino. Et Tetrametrū, quod pedes octo constituant, ut hoc Brachycatalecticum ex Horatio lib. I. Carminum :

- u u - u u - - - u u - u -

Soluitur / acris by/ems gra/ta uice/ueris / & Fauoni.
Sed hoc attendendū est in carminibus Iambicis, Trochaicis & Anapæticis duos pedes pro uno numerari,
in ceteris autem singulos. Variant tamen hæc grammatici. Quidam enim hoc idem, quod nos monometrū appellā

appellauimus, dimetrum nominant. Deinde quod nos tetrametrum diximus, illi heptametrū uocant. Apud Teren, heptametrum uix inuenies. Sed quadratos catalecticos atq; acatalecticos. Est autem quadratum acatalecticum ex octo pedibus huiusmodi.

U - U - U - - U U U - U - - - U U
Pecu/nia ī/ loco/neglige/re ma/ximū ī/terdū ē/ lucru

Pentametrum quoq; dicitur quod quinq; pedibus constat, ut Bella mihi uidro, bella parantur, ait. Postremo Hexametrum est sex absolutum pedibus, ut Heroicum, Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi.

Tertio carmina appellationē acceperunt, uel à suis inuentoribus, ut Pyndar icum à Pyndaro, Glyconicum à Glycone, Sapphicum à Sappho eruditissima puella. Vel à pede prædominante, ut Iambicum, Trochaicū, Dactylicum, Anapæsticum, Choriambicum, & Spondaicum. Vel à dijs, aut alijs, qui hoc carmine celebrati sunt, ut Heroicum, Adonicum, & Pythium. Ita à lyra Lyricum, quod ad lyram cantari solitum erat. Deniq; multis alijs modis hisce antiquitas nomia imposuit.

DE QVIBVS DAM ATTRIBVA
TIS CARMINVM. Cap.XIII.

C Arminibus aut̄ fermē hēc quatuor attribuuntur, scansio, c̄sura, figura, & pmixtio. Scāsio sanc̄ est ḡoīg nāl ḡeōīg, id est, eleuatio, et de-

B = pressio

DE CARMINUM

presso syllabarū in pedibus. Cesura uero est decora quædam syllabarum finitio in medio carminis nota. Et est triplex. Prima est penthemimeres, id est, semiquinaria, quando post duos pedes syllaba relinquitur, dictionē terminans, ut Tityre / tu patu / l.e. Altera est heptahemimeres, id est, semiseprenaria, quando post tres pedes syllaba relinquitur, terminans partem orationis, ut Ti / yre / tu patu / l.e recubans. Trochaica tertia est, quando post duos priores pedes trocheus manet dictiōem terminans, ut Nil no / stri misse / rere. Posuntque ex his aliquæ esse simul, aut una absq; altera, carmen autem quod neq; primam neq; secundam habet, proorsus inceptum est. Figura quoq; accidit carmini, quæ est nouata quedam dicendi ratio, minime uel festiuitate, uel ornatu carens: quarum ab authoribus centum aut circiter numerantur. De permixtionib; uero nunc dicendum. Contingit namq; carmina nonnunquam misceri, unde et nomina quatuor sortiti sunt. Monocolon enim dicitur, quod uniforme est et purum. Quomodo Vergilius Bucolica, Georgica, et Aeneida scripsit. Dicolon distrophon, quod ex duobus generibus conflatur, quale Elegiacum ex hexametro et pentametro. Dicolon tetrastrophon est, cu post tres eiusdem generis uersus, et quartum alterius moti, ad primum fit reuersio, quale est Saphicum cum Adonico dimetro. Tricolon tetrastrophon est, quando post

GENERIBVS.

ii

post uersus tres diuersi generis, ad primum conuertere
mur, quale est hoc Horatij carmen libro. i. in quo pri-
ma duo carmina Asclepiadea sunt, certum Pherecra-
tium, quartum Gliconicum.

- - - uu - - uu - u -

Dia / nam teneræ dicite uir / gines,

- - - uu - - uu - uu

Inton / sum pueri dicite Cyn / thium,

- - - u u - -

Lato / nang; sul / premo

- - - uu - u -

Dile / etam penitus / loui.

DE CARMINE HEROICO. Ca. XIII

PRIMUM autem carminus genus est (de paucis enim dicturi sumus, ne omnino aut studiosis tyrræculis desimus, si nihil dixerimus; aut multitudine generū candidatos discipulos obiundamus, si loquacitas mea nusquam finem accipiat) Heroicū dactylicū Hexameirum quod & Homericum, & Pythium dictum est. Quo genere tria maiora Vergilij opera, Ouidij Metamorphosis, Thebais et Achilleis Stati, Luani Pharsalia, & pleraq; aliorum poëtarum carmina conscripta sunt. Id autem sex loca habet, & in primis quidem locis quatuor iam spondeum, iam dactylum nullo discriminē accipit. Venerabilis tamen est quod

B 3 pluribus

DE CARMINVM

pluribus dactylis incedit. In quinto loco solum dactylum, & perraro spondeum. Immo quando hunc habet carmen hoc spondaicum dicitur, ut illud. vi. Metam.;

Et uetus in tela deducitur argumentum.

Sextus deniq; locus spondeum sibi uendicat. Quod si alios alijs in locis pedes reperies, nō statim ex hoc preceptum esse putas. Nam quod raro fit, quasi nunquam factum fuisse putatur. Eius h.e.c est forma.

- u u - u u - u u - - - u u - -

Legerat / huius a / mor titu / lum no / menq; li / belli.

DE PENTAMETRO ET ELEGACO. Cap. XV.

Pentametrum carmen est, quod quinq; loca pedū habet. Et in primo quidem, atq; loco secundo nunc dactylum, nunc spondeum, libentius tamē (nam sic uenustius erit carmen) in primo dactylū accipit. In tertio solum spondeum. In quarto & quinto anapestum, quanquam in ultimo esse potest Tribraz chys, propter ultimam in omni carmine indifferentem. Quod si hoc cum hexametro coniungatur, ut fiat discolon distrophon, emergit Elegiacum carmen, aptum fletibus & lachrymis. Sed pentametri huiusmodi forma est.

- u u - u u - - u u - u u u

Bella mi / hi uide / o, bel / la paran / tur ait.

De Sap.

DE SAPPHICO HENDECA-
SYLLABO. Cap. XVI.

SApphicum carmen, à numero syllabarum Hendecasyllabum, à numero pedum Pentametrum dicitur. Id omnibus in locis immobiles habet pes. Primo quidem loco accipit trochæum, in secundo spondeum, in tertio dactylum, in quarto & quinto trochæum. Frequentissime autem cum Adonico dimetro ponitur, quod constat ex dactylo & spondeo. Tum quoq; decorum omnino efficitur, si cæsura semiquinaria non careat, et si in Adonico subsequantur substantia, quorum adiectiva erant in Sapphico, quale est hoc Horatij libro. 2.

- u - - - u u - u - -

Crescit / indul / gens sibi / dirus / hydrops,
 Nec si / tim pell / lit, nisi / causa / morbi
 Fuge / rit ue / nis, & a / quos us / albo

- u u - u

Corpore / languor.

DE PHALECIO. Cap. XVII.

Phalecium pentametrum hendecasyllabum, spondeo, dactylo, & tribus trochæis conflatur. Non nunquam in primo loco pro spondeo Iambum recitat. Quo genere potissimum oblectati sunt Catullus &

DE CARMINUM

Martialis. Horatius uero nusquam usus inuenitur. Illius
huiusmodi forma est apud Martialem.

— — — u u — u — u

Vitam/que faci/unt be/lati/orem.

DE ASCLEPIADEO. Cap. XVIII.

ASclepiadeum carmen ab inuentore Asclepiae
de dictum, etiam Choriambicū nominatur à pe-
de prædominante. Cuius is modus est, ut pri-
mo loco sit spondeus, altero & tertio Choriambus, in
quarto Pyrrichius. Hoc genere carminis præter Ho-
ratium, etiam Prudentius iucundissime lusit. ut illum
hymnum: Inuentor ruruli dux bone luminis. Sed ex
Horatio illud est exemplum.

— — — u u — u u — u u

Mecœ/nas atauis/edite religibus.

DE GLICONICO. Cap. XIX.

Hoc ab inuentore nomen accepit. Constat spon-
deo & duobus dactylis, ut illud Horati.

— — — u u — u u

Sic te/diu apotens Cypri.

DE ARCHILOCHIO HE- PTAMETRO. Cap. XX.

ID genus carminis ex septem locis est, quorum
priora quatuor sunt Heroici carminis, ac deinde
tres trochæi sequentur, quale est illud Horatij his-
bro pris

bro primo carminum:

- u v - u v - - - u v - u - -

Soluitur / acris hyspems grasta uice / ueris / & Fauoni.

DE IAMBICO. Cap. XXI.

Iambicum carmen hoc optimū est, quod solis Iambis incedit, quanquā alios iam pedes accepit, præsertim locis imparibus, quales sunt primus, tertius &c. cuius unum genus est Dimetrum archilochium acetatelecticum, quod Iambis quatuor constat, recipiens nonnunq[ue] spondeū locis imparibus, ut est illud Hora.

u - v - - - u v

Ami/ce pro/pugna/cula.

Ad hunc modum Ecclesiastici hymni quamplurimi instituti sunt, sicut, Veni creator spiritus.

Alterum huius genus Hyponactium trimetrū acetatelecticum, sex Iambis fluens, sed imparibus locis, uelut Dimetrum, spondeum recipit. Quo genere etiam comœdie & tragœdie scriptæ sunt, sed non omnino eo ordine pedum, ut uidere est apud nostros auctores. Hunc uersum Iambicum senarium vocant; quem si insine spondeum habuerit, σκάζοντα, id est, claudicantē appellant, quo Persius à principio satyrarum usus est. Senarij ex Horatio est hoc exemplum:

-- u - - - u - u - u v

Ibis / Libur/nis in/ter al/ta na/uum.

DE CARMINVM
DE MIXTO CARMINE EX TRO-
CHAICO AC IAMBICO. Cap.XXII.

Trochaicum dimetrum catalecticum, & iambia
cum trimetrum catalecticū, nonnunq; cōnectur
tur, quale elegans sane est apud Horatiū lib .²⁺

- u - u - u u

Non e/bur neq;/aure/um

u - u - u - u - u - u

Mea/reni/det in / domo / lacu/nar.

DE IONICO A' MINORE Ca.XXIII.

Ionicum à minore, Sapphicum trimetrum acatale-
cticum, constat tribus Ionicis à minore, quale est
hoc apud Horatiū, quo solum uno in loco usus est.

u u - - u u - - u u - u

Miserarum est/nec amori/dare ludum.

DE HORATIANO. Ca.XXIII.

Horatius hoc genere, quod ponemus, adeo dele-
ctatus est, ut prop̄e inuenisse credatur. Id est
ex duobus dactylicis alcmanijs acatalecticis,
quæ constant penthemimere iambica, ac duobus dacty-
lis. Tertio aut̄ uersu iambico dimetro hypcatalepticō.
Deniq; quarto rursus dactylico, qui ex duobus dactylis
ac duobus trochæis constatur, ad hanc formam.

u - u - - - u u - u u

Vides/ut al/ta/ſtet niue/candidum

soract

— u - - - u u - - o
Sora / cte nec / iam / sustine / antonius

— u - - - u - u
Sylva / labo / rantes / gelu / que

- u u - u v - v - m
Flumina / consti / tient a / cuto.

DE Q VIB VSDAM PRAECEPTIS
& cautionibus in carmine obseruandis.

Caput. XXV.

HAec tenus de carminū generibus, qua potuimus
breuitate diximus. Subiungamus proinde cau-
tiones quasdam, in cōponendis uersibus nō in-
iucundas. Et primo quidem compositor notet, quemad-
modum in soluta oratione adiectuum pulchre prae-
dit substantium, deinde inter eadem pulchre aliquid
mediat, ita non secus in carmine, ad hūc fermē modum.

Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.

Sylvestrem tenui musam meditaris auena. Velsie

In noua fert animus mutatas dicere formas

Corpora. Velsic.

Bella per Emathios plus quam ciuilia campos.

Vel in Pentametro sic.

Mittit Amazonio Cressa puella uiro.

Secundo, ut uersus Heroicus claudatur, uel disyllaba,
uel tri-

DE CARMINVM

uel trisyllaba dictione. Et pentameter sola (si commode fieri possit) disyllaba. Idque anxie apud Ouidium, huius carminis principem obseruatum, apud alios uero usque adeo neglectum hoc, ut disyllabam studiose effugisse dictiōnēm uideri possint. Tertio, uersus Leonini sunt rari, ita ut diuersitate gaudeant omnia. Quarto, epistola secundum tempora sunt uarianda. Non enim semper congruit canem rabidum appellare, sed nonnumquam placidum. Quinto congerenda sunt in unum nomina mortuum, fluviorum, insularum, ciuitatum, mulierum, piscium, herbarum, arborum & rerum aliarum. Ita ut in alicuius rei descriptiōe si qua dictio non quadret, alias in promptu habeas. Sexto cauendum est, ne dictiones non satis latinas uersibus immiscerentur. Septimo ne accentus te decipiatur. Nam Dalmatia antepenultimam corripit, quam audacia producit. Octavo, quia dictiones à uocali incipientes, plurimum negotij faciunt, colligende sunt in unum locum. Item que primam corripiunt, in aliū locum. quales sunt. ager, oves, equus, iter, apes, habet, onus. aut quales, uiri, dies deus, bonus, probus, pius, lyra, potēs: que apud quoslibet authores, si libet, facilime inuenies.

DE COLLISIONE IN METRIS. Caput. XXVI.

Collisio

Collisio est ultimæ syllabæ dictionis propter sequentem uocalem absorptio. Cuius quidem duæ sunt species, Echthlipſis, & Synalœpha. Echthlipſis est, quando præcedens dictio in m deſimit, & sequens incipit à uocali. Tum enim in cū sua uocali absorbetur. Vergilius.

Venturum excidio Lybiæ, ſic uoluere parcas

Synalœpha est, quando præcedens dictio finitur in uocalem, & sequens à uocali incipit, prioris dictionis uocalis eliditur. Idem.

Illi ego qui quondam gracili modulatus anena.
Fit quoq; collisio in fine carminis, quando ipsum in uocalem deſinit per superfluam syllabam, & sequens à uocali incipit superabundans enim tum syllaba elidatur. Vergilius in primo :

Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nexeque
Aere trabes.

Et huiusmodi quidem uersus Hypermeter dicitur, q; ſupra certā ac definitam mensurā, syllabam ſup addat. Interdū aut̄ prior uocalis p; alia ſequentiē nō eliditur, ſed tantū ſi breuis, que alioq; longa fuerat. Verg. in Aeg.

Et longum formose uale uale inquit Iola.

Quod apud Græcos in longis & uocalibus, & diphthongis frequentissimum eſt. Sed tamen uocalis illa quandoq; inuenitur producta. Verg.

Stans & iuniperi, & castaneæ hirsutæ.

O' autem

DE CARMI. GENE.

O autem aduerbium, sequente uocali quandoq; pro
ducitur. Horatius.

O & præsidium, & dulce decus meum.
Quandoq; corripitur. Vergi.

Te Coridon o Alexi, trahit sua quenq; uoluptas.
Apud antiquos S consonans interdum sola subtrahet
batur. Lucilius.

Quam neq; Lucanis oriundi montibus tauri.
Quandoq; cum sua uocali. Vergi.

Inter se coiſſe uiros, & decernere ferro.
Sed hec ex lectione poëtarum facilius colliguntur.

Nos receptui canendum putamus. Vale inclita
te Aegolphe, & me ama. Basileæ, è
medij curarum fluctibus, Anno
Christi. M. D. XXVII.

LIBELLI DE RATIONE
CARMINVM FINIS.

D^r. AEMONI A' MORN YEN

Allobrogi Canonic^o Bellicensi GLAREA.

N V S . S . D .

Si quis ad publicā iuuētutis utilitatē de figuris prae-
cipere uelit, maxie cāsēndū arbitror, ne maiore
laborē cumulando q̄ decidēdo sumere uelit. Neq;
enī alia res est & que teneris ingenij noxia. Nam prae-
ter Gr̄acos Dij boni quantū mare est apud Quintilia.
Ciceronēq; ut latinos grāmaticos omittā. Quare ego,
ut sēpe aliās, ita hac ī re quoq; iuuētuti succurrere haud
grauate uolui, ut rei maximē utilis gustationē dūntaxat
haberēt. Sanē ante annos plures, cū apud Vbios philo-
sophiæ opam darem iuuenis, qdam à me hāc audierāt,
atq; excripcrāt, statimq; edidēre, oppresso meo noīe,
qua ī re etiā gratiā apud me inierūt. Neq; enī sum tam
ambitious, ut ī his mihi uel nomē uel famā parem, præ-
fertim hac tēpestate, qua nihil amatur, qđ fucis, qđ male
dictis careat. Tū ḡ nihil hic noui scribitur. Nec ullā lau-
dem meretur hic labor si nō moderaberis negotiū. Vel-
lem, multo breuius ea dicere potuisse, sed occurrebat
illud Horatij Brevis esse labore Obscurus sio.

Hec tibi dicere placuit, suauissime Aemo, cum ob-
indolem tuam eximiā, & spem haud mediocrem fu-
turę eruditioñis, tum ob fratrem tuum D. Petrum
diu Sulpitij Abbatem, omnium studiosorum fidum

Mecce

Meccenatem. Qui olim mihi, cum apud Magnum illa
lum Erasmus, omnium rectorum studiorum vindicent
Basileæ conuictor esset singulari humanitate innotuit.

Sed iam in Epitomen præfationis propè ni-
mium. Vale Friburgi Brisgoie.

HENRICI

17

GLAREANI POETAE LAUREA,
ti Heluetij breuiſſima de figuris, quibus crebro Poētæ
utuntur, lucubratio, authoribus Cicerone, Quintilia-
no, Seruio, Prisciano, Diomede, atq; inter poste-
riores Antonio Mancinello, uiro de bonis
literis optime merito.



ITIVM ORATIO-
nis generale eſt triplex, Obscu-
rū, inordinatū & Barbarum.
Obscurum octo habet
species:

PRIMA. Eſt Acyrolo-
gia, id eſt, improprius sermo,
ἄκυρος enim. i. improprius, & λόγος, sermo eſt: ut
Requiem timeo uel spero laborem. Nam si eramus bona,
timemus mala.

Secunda. Pleonasmos, id eſt, abundans suprane-
cessitatem oratio, authore Quintilia. Vergi. Sic ore lo-
cuta eſt. Ita dicimus. Audiui his meis auribus. Vel. Vidi
his meis oculis.

Tertia. Periſſologia. i. superflua locutio, ut Vivat
Augustus & nō moriatur; dū idē sit uiuere et nō mori.

C Quarta

HENRI. GLAREA:

Quarta Macrologia, id est, longus sermo. Liuius Legati non impetrata pace retro domū, unde uenerāt, abierūt. Huiusmodi sunt periphrases apud Poëtas, ut ortus solis, aut alterius cuiusvis temporis descriptio.

Quinta Amphibologia. i. ambigua oratio. Hac sepe fit per accusatiū, ut Certū est Antoniū præcedere Crassum eloquentia. Nonnunq; p uerbū, ut Cato crimis natura nescitur enī an ipse ab alio an aliū ipse crimietur.

Sexta Tautologia. i.eiusdem uerbi aut sermonis reiteration, ut Ipse egomet dicam. Vergi. i. Aenei. Quem si fata uirum feruant, si uescitur aura Etherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris.

Septima Eclipsis. i. defectus quidā necessarie dictio nis, quā desiderat præcisa sententia, ut Italā factō profugus. i.ad Italā. Vel. Terris iactatus & alto i.in terris.

Ottava Aenigma. i. sermo obscurus, oratio quesitiū culaue, ut Mater me genuit, eadem mox cognitū ex me; ubi ex aqua glaciem fieri significamus, rursusq; in aquam resolui.

Inordinatum tres habet species :

P R I M A Est Tapinosis. i. humiliatio seu magnitudo rei humili descriptio. Vergi. i. Aeneid. Apparent rari nantes in gurgite uasto. i. mari. Et Epitheto leuauit Tapinosim, authore Seruio. Idem in eodem. Multa malus sunuans, id est scelestus.

Secunda Cacephaton. i. mala dictionū consonantia. Cicero

DE FIGVRIS.

18

Cicer. O fortunatam natā me consule Romam. Verg.
lib. 1. Aenei. Sola mihi tales casus Cassandra canebat.
Et paulo post. Tris adeo incertos cæca caligine soles.
Et lib. 2. Aenei. Iliaci cineres.

Tertia Cacosynheton. i. mala cōpositio. Verg. li. 9.
Versaq; iuuencum Terga fatigamus hasta.

Barbarum: Eius duæ sunt species.

Prior Barbarismus, atq; hic in sola dictiōe locū habet. Fit autem scripto uel pronunciatione. Scripto, ut si quis solempnis per p scriberet, uel ymnus absq; aspiratōne. Pronuntiatione, Ut si dicam coinqūno, cophinus media producta: uel Theodorus penul.cor. In carmine autem fit quatuor modis. Primo adiectione, atq; id trifariam. Vel literæ, ut reliquias pro reliquias, et religio pro religio. Vel syllabæ, ut Mauors pro Mars Induperator pro imperator. Vel temporis, ut Italiane fato, ubi prima syllaba breuis pro longa ponitur. Secundo detractione, idq; rursus trifariam, Vel literæ, ut dextra pro dextera. Syllabæ, ut nosti pro nouissi. Temporis, ut Auroq; effulgere fluctus. nam longa syllabæ corripitur. Tertio mutatione, ad eundem modum uel literæ, ut olli pro illi, assūm pro adsum. Vel syllabæ, ut maximus pro maximus. Vel temporis, ut Feruere leucatem. Quarto transmutatione, Vel literæ, ut Thymbre pro Thymber. Vel temporis, ut Dominus media longa, idola media correpta.

C a Altera

HENRI. GLAREA.

Altera species barbari generis Soloeismus. Porro
Soloeismus est inconuenies dictionū iunctura, contra
artem Grammaticen posita. Fit autem modis .14.
Primo generum immutatione, ut Albus mulier. Vel:
Iste foemina. Secundo casuum uariatione, ut Vrbem
quam statuo uestra est, pro urbs. Tertio immutatioē
numerorum, ut Pars in frusta secant. Quarto per-
sonarum immutatione, ut Danai qui parent Atridis i.
qui pareatis. Quinto temporum, ut fumat, pro fumauit.
Sexto per uerborū qualitates significationesūc, ut Nū-
tritor pro nutrio, cōmune uerbum pro actuo. Sepa-
timo per uerborum modos, ut Videri pro uidebantur.
Octauo per aduerbia localia, ut Intus eo pro intro eo.
Nono per præpositiones, ut Sub lucem pro ante lu-
cem. Decimo per gradus comparatiōis, Sæpius pro
sepe. Undecimo per coniunctiones, ut Subiectisq;
urcre flammis, q; prouel. Duodecimo per gemina-
tionem abnuendi, ut Nihil nunquam feci, pro nihil un-
quam fieri. Tredecimo per accentum, ut Pene, fer-
me sine accentu in ultima acuto. Decimo quarto per
ordinis immutationem, ut Autem fieri debet, pro fieri
autem debet.

FIGURA QVID, ET QVI-
bus Poëtæ utantur.

Figura est conformatio quedam orationis remota à communi, & primum se offerente ratione. Vel. Figura est arte aliqua nouata dicendi forma; ait Quintilianus libro. 9. Generaliter autem Poëtæ tribus maxime utuntur, Metaplasmo, schemate, & Tropo.

M E T A P L A S M V S dicitur transformatio apud Poëtas, idem quod in soluta oratione Barbarismus dicitur. Atq; secundū quatuor attenditur. Primo secundum ablationem & additionem, idq; uel in dictio nis initio. Et sunt duæ species. Prosthesi, que apponit dicitur, ut Gnate pro nate. Astat pro stat. Aphesis quæ ablato est, opposita prosthesi, & abscessio dicitur, ut Temnitis pro contemnitis: rides pro irrides. Vel in dictionis medio. Et rursus duæ sunt species. Syncopa, id est, concisio, ut Glutisse pro glutiuſſe: ex marunt pro amauerunt. Epenthesis, id est, interpositio, ut Induperatorem pro imperatorem. Opponitur autem Syncopæ. Vel in dictionis fine, Et rursus ibi duæ species. Apocope, id est, abscessio, amputatio, ut peculi pro peculij: & tuguri pro tugurij. Paragogæ, id est, deductio, quæ addit aliquid fini, Dicier pro dici: & tegier pro tegi.

Secundo attenditur Metaplasmus secundum quantitatem, & sunt duæ species. Systole, id est correptionem longa syllaba corripitur. Vergilius. Obstupui.

C; stetérunt

HENRI. GLAREA.

stetéruntq; come. Diaſtole, breuis syllabæ productio.
Verg. Exercet Diana choros. Hæ duæ figuræ in mag-
nis uoluminibus admittuntur, alioqui uitio non carent.

Tertio attenditur Metaplasmus secundum elisionē,
et hoc uel in dictionis medio. Vbi duæ sunt species.
Synæresis, id est contractio. Vergili.lib.8.Pellis obit
totum præfulgens unguibus aureis, pro auris. Dia-
resis, diuīsio. Vergili. Aulai in medio libabant pocula
Bacchi. trisyllabum pro disyllabo, et synæresi oppo-
nitur. Vel in dictionis fine, et rursus duæ sunt species.
Synalepha, quæ uocalem prioris dictionis sequente
altera uocali, elidit: Ut semper ego auditor. Echthli-
psis, id est elisio, non solum uocalis, sed et in cum uo-
cali. Verg. Non equidem inuideo. Hæ duæ figuræ pro-
pter scansionem uersuum diligenter notandæ sunt.

Quarto attenditur Metaplasmus secundum trans-
positionem, uel literarum, ubi duæ sunt species: Ante-
thesis i.e. literæ pro litera positio, ut olli pro illi. Græci
δυτισοχον uocant. Metalthesis i.e. transpositio, ut
Thymbre pro Thymber. Vel dictionis, ut parallage
prothæseon i.e. præpositionū mutatio, quando præpo-
sitio pro præpositione ponitur. Vergili. Si bene quid
de te merui, pro in te.

S C H E M A Q V I D , Q V O ' T
ue eius species.

Scheme.

Schema à Quintiliano dicitur lib. 9. quod à simili atq; in promptu positu dicendi modo pōētice uel rhetorice mutariū est. Eius duas esse species idem ait: Στοιχία, id est, sententiārum, & λέξεως, id est uerborū uel dictionis. Prior species, authore Donato, ad oratores pertinet, altera ad Grammaticos. Porro à Diomede schematis decem & octo species numerantur.

P R I M A Prolepsis, id est præsumptio, ut uenit Quintilianus. Fit autem quando quod posterius uenit, antea describitur. Vergilius libro sexto. Portusq; require uelinos: Velia enim nondum dicebatur, quando Aeneas ad Italiam uenit. Est quoq; prolepsis in constructione, quando totum prius dicitur, ac deinde per partes explicatur: ut Puellæ legunt flores, illa rosæ, hæc lilia.

Secunda, ζεῦγμα, id est, coniunctio. Est autem cum plures sententie uno uerbo clauduntur: Aut quoties diuersi nominatiui ad unum uerbum ul' adiectiuū referuntur. Fit autem tripliciter, quia uerbum uel adiectiuū aliquando præponitur, ad quod reliqua referantur, ut uicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Nominaturq; tum πρόζευγμα uel Zeugma à priore.

C 4 Aliquando

HENRI. GLAREA.

Aliquando postponitur uerbum . Verg. Aegloga. 3.
Nil hic nisi carmina desunt. Teren. Id uisam, tu an illi
insanior? hæc hysterozeugma uel $\nu\pi\circ\zeta\epsilon\nu\gamma$. uoc dici-
tur, & à Latinis zeugma à posteriore. Aliquando
uerbum in medio ponitur. Verg. Aegloga. 7. Huc ades
ò Melibee, caper tibi saluus & hœdi. Idem lib. 3. Aenei.
Trojana interpres diuīm, qui numīa Phœbi, Et tri-
podes, Clarij lauros, qui sydera sentis, Et uolucrum
penas, & præpetis omnia penæ: hæc uocatur Meso-
zeugma siue zeugma à medio.

Tertia Hypozeusis, id est, subiunctio. Fit autem cū
diuersis rebus singula uerba attribuūtut. Verg. lib. 10.
Regē adit, & regi memorat nomenq; decusq;: Quidūc
petat, quidūc ipse ferat, Mezenius arma Quæ sibi cō-
ciliet, uiolentaq; pectora Turni Edocet, humanis que-
sit fiducia rebus Admonet, immiscetq; preces.

Quarta. Syllepsis, id est, conceptio. Fit autem se-
cundum Diomedem cum singularis dictio plurali uer-
bo redditur, uel pluralis dictio singulari uerbo adiun-
gitur. Verg. Sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles,
& pressi copia lactis. Idem lib. 1. Aeneid. Hic illius dra-
ma, Hic currus fuit. Hoc schema late patet, ait Donat.
Fit quoq; syllepsis dum pro multis unus ponitur. Ver-
g. lib. 2. Aeneidos. Hostis habet muros. Et. uterumq;
armato militi complent.

Quinta. Dialyton, id est, dissolutum, que & A-
syndeton

Syndeton dicitur. Et Brachylogia à Diomede & Quintiliano lib. 2. Fit autem quando sine coniunctionibus plures dictiones connectuntur. Vergi. lib. 4. Aenei. Alij naualibus ite, Ferte citi ferrum, date tela, impellite remos. Item, iustitia, prudentia, fortitudine me superasti.

Sexta. Poly'ndeton, id est variae coniunctum. Oratio mulieris connexa coniunctionibus, apud Græcos itemq; Vergilium frequentissima lib. 2. Aeneidos. Athamasq; Thoasq; Pelidesq; Neopolemus, primusq; Machaon.

Septima. Anadiplosis, id est, reduplicatio. Fit autem quando eadem dictio præcedentem uersum claudit, & sequentem incipit. Vergi. Certent & Cygnis uulnere sic Tityrus orpheus Orpheus in sylvis, inter delaphinas Arion.

Octaua. Epanalepsis, id est, repetitio, quando eadem dictio & principium uersus & finem tenet. Iuuenialis. Crescit amor nūni quantū ipsa pecunia crescit.

Nona. Epizeuxis, id est, coniunctio. Fit autem teste Diomede, quando dictio eadem sine aliqua dilatatione geminatur cum impetu pronuntiationis. Vergi. lib. 9. Memet adsum qui feci, in me conuertite ferrum.

Decima. Anaphora, id est, repetitio siue relatio eiusdem dictiois in principio duorum uersuum. Vergilius lib. 1. Aeneidos. Nata meæ uires, mea magna potentia solus. Nata pairis summi q; tela Typhoea temnis.

HENRI. GLAREA.

Vndecima Paronomasia, id est, denominatio secundū Diomedem. Fit aurem cū dictio reiteratur, multata tamen aut litera aut syllaba in diuersam significationem, Ut predo es non prætor: Aratorem it potius quam oratorem nomino. Terentius. Nam incep̄tio est amentium haud amantium.

Duodecima Schesis onomatōn, id est, nominum habitudo. Fit, secundum Diomedem, dum singulis nominibus Epitheta coniuncta sunt, Marsa manus, pæligna cohors, festina uirū uis.

Decima terția Paromœon, id est, simile: Quoties in oratione dictiones in similem consonantem incipiunt. Ennius. O Tite tu te Tatib̄i tanta Tyraue tulisti. Item. Machina multa minax minitatur maxima nūris. In his quoq; cacephalon poterit esse, mirum uero q̄ sit his oblectara uetustas.

Decima quarta Homœoteleuton, id est, similiter desinens secundum Ciceronem: Vel oratio si nilibus terminata uocibus. Ennius. Eos reduci, quam relinqui, temni quam deseriri malui.

Decima quinta Homoptron, id est, casuum similis terminatio. Ennius. Miserentes flentes lachrymantes ac miserantes.

Decima sexta Polyptoron i. multiplicem habent casum. Diomedes uero ait, Polyptoron est oratio cum uarietate distincta. Vergilius libro quarto Aeneidos.

DE FIGVRIS.

22

des. Littora litoribus contraria: fluctibus undas:
Imprecor arma armis pugnant, ipsi q; nepotes. Persius
Satyra tercia. Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse rea-
uerii.

Decima septima Hyrmos, id est, oratio continuo
tenorem suum in multos uersus protendens. Vergilius
libro sexto. Principio cœlum ac terras camposque li-
quentes, Lucentemq; globum lunæ, Titaniacq; astra
Spiritus intus alit.

Decima octaua Climax, id est, gradatio secun-
dum Quintilianum libro nono. Fit autem cum de uer-
bo media quadā repetitione in uerbum sit progressio.
Vergilius Aegloga secunda. Torua leæna lupum se-
quitur, lupus ipse capellæ, Florentem Cytisum sequitur
lasciua capella. Aliud. Industria parit uirtutem, uir-
tus gloriam, gloria immitias, Inimicitia pericula.
Hanc nonnulli non inter schematis species posuere.

TROPVS Q VID EIV'S.
que species.

Tropus est uerbi uel sermonis à propria signifi-
catione in aliam cum uirtute mutatio, auctore
Quintiliano libro octauo.

Tropi maxima species est Metaphora, id est,
translatio, quæ mutuari permittit, quæ lingua Latina
non

HENRI. GLAREA.

non habet ne alicui rei nomen deesse videatur. Hæc figura sepius ornat oratiōem. Vergi. lib. 6. Clasiq; im=mittit habendas. Aliquando necessaria est dum caremus nomine: ut Gemmā in uite nominamus. Hæc fit quo=ties mihi hominē uocamus agnum, hominem ferū ura= sum, libidinosum suem, Iudeos canes, Christum resur=gentem leonem. Hæc figura adeo late patet, ut om̄es tropi species eius esse videantur. Notandum etiam q̄ Aristotleles docuit de Metaphora, q̄ omnes transſerent se secundum similitudinem se transſerunt. Ad hoc allusit Horatius in Arte. Dixeris egregie notum si calli da uerbum Reddiderit iunctura nouum. Porrò tropi species infinitæ putātur, quæ uero memorantur hæc sunt.

Catachresis, id est, abusio, ut parricida pro omni interfectore, cū proprie patris interactor dicatur. Hæc figura, ut Quintilia. ait lib. 8. non habentibus nomen suum accōmodat, q̄ necessaria est. Multa enim sunt græce & latine non denominata. Nam qui iaculum emittit iaculari dicitur. Et Ver. 10. Aene. Induat dixit proferiat.

Metathesis, id est, translatio secundū Quintilia=uel transsumptio. Fit cum aliqua dictio aliud à sua pro=pria significatione ex his quæ præcesserunt denotat: ut dum per Aristas spicas, per spicas segetes, per segetes adestes, per bas deniq; annos accipimus. Verg. Aeglo=1. Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas.

Melius

Metonymia, id est, nominum transmutatio, figura latissime patens. Fit autem cum continens pro contento, & contra, contentum pro continente. Item inuentor pro re inuenta usurpatur. Vergi. Et uina coronant, id est crateras in quibus erat uinum. Idem lib. 8. Cælo gratissimus amnis. i. dijs qui in coelo continentur. Tarentius. Sine Cerere & Baccho friget Venus; Vbi p Cererem panem, per Bacchum uinum, per Venerem concubitum significat. Fit etiam Metonymia cum materia pro re materiata accipitur. Vergi. lib. 1. Aenei. Et pleno se proluit auro, id est, aurata patera. Item in comed. Arma uirumq; cano: ubi per arma bellum intellegitur, quibus in bello utimur. Cicero. Cedant armatoe gæ. i. bella paci, expositore Seruio.

Antonomasia est nominis pro nomine positio, generalis pro speciali, ut per poëtam Vergilium, per philosophum Aristotelem intelligimus.

Epitheton. i. appositum, uel adiectivum, Ut dulce mustum, dentes albi, uina humida. Hoc Poëta liberius q; oratores utuntur, nisi pondus fecū ferat Epitheton: ut O' deformem libidinem, O' scelus abominandum ait Quintilia. lib. 8. Attribuuntur aut Epitheta nonnū- quam ab euentu. Insula diues opum. i. Aeneidos. Non nunq; à loco, ut Ithacensis Ulysses: nonnunq; ab actu, ut Aeneia nutrix. Item ab animo, ut Iustus imperator: & à corpore, ut Pulcher Iulus.

Syneca

HENRI. GLAREA.

Synecdoche à Cicerone dicitur intellectio, ab alijs
comprehensio. Fit autem quando à parte totum, uel à
toto pars intelligitur, ut Puppis pro naui, tectum pro
domo, uel frigidus annus pro frigida hyeme. Item quo-
ties numerus p numero ponitur, ut Vterumq; armato
militie cōplent. & species p genere. Fit quoq; synecdo-
che quando participio præteriti temporis iungimus
accusatiuum pro ablatiuo, ut Nuda genu uel pedem.
& percussus collum. Hec frequentius est apud Poëtas
q oratores, dicitur q; synecdoche constructionis. Est
quoq; Synecdoche secundum Quintilianum lib. 9. cum
subiectum uerbum satis ex cæteris intelligitur. Cælius
in Antonium. Stupere gaudio. ubi subauditur coepit.

Aposiopesis est, quam Cicero reticentiam, Celsus
oblivientiam, nonnulli interruptionem appellant, ait
Quintiliauus lib. nono. Differt autem à synecdoche
quod manifeste uerbum desyderatur in synecdoche, nō
etiam in Aposiopesi. Vergilius libro primo Aeneidos.
Quos ego. ubi subauditur puniam, uel quid simile. Ter-
rentius. Ego ne? quæ me? & alium? vbi intelliguntur
uerba Amabo, exclusit, & iniromisit. Vergilius lib. 9.
Memet adsum qui feci, in me conuertite ferrum.

Onomatopœia, id est, nominis fictio, secundum
Quintilianum. Fit cum uocis confusa nomen ad imi-
tandum sonum effingimus, qua partius uiri decet. Nam
hunc

DE FIGVRIS.

24

bunc Enniij uersum : At tuba terribili sonitu taratana-
tara dixit, Vergilius sic mutauit : At iuba terribili so-
nitu procul ære canoro. Hinc dicimus Leo fremit, Ele-
phas barrit, equus himnit, ursus sæuit, Bos mugit, lva-
pus ululat, asinus rudit, sus grunnit. ouis balat, vulpes
gannit, mulius lugit, Turdus tritulat, grus gruit, Rana
coaxat. Siquidem nouis rebus noua indere nomina con-
cessum est. Neq; iniuria tormentum illud quod globos
ui eiadulatur tanto strepitu personans Boardam, di-
cimus uel Bombardam.

Periphrasis, id est, loquendi circuitus, Authore
Quintiliano libro octavo, Fit cum quid paucis dici
potest, pluribus explicatur: ut Teneros ouium depel-
lere sœtus, id est, agnos. Hæc figura late patet:
Nam Chronographiam, Macrologiam, & Topo-
graphiam proxime attingit, ac Hyrmon quoque.
Sæpe hæc figura uerecundiæ gratia etiam vulgo u-
surpatur.

Hyperbole, id est, superlatio interprete Cicero-
ne, fit cum dictio fidem excedens ponitur augendi
minuendiue gratia. Augendi, ut Niue candidior.
Vel. Fulminis ocyor alis. Minuendi: ut Volantis
folij sonitus te terroreret. Hæc non fit ut credatur
quod dicimus, sed ut ex eo quod incredibile est, creda-
tur aliquid penè incredibile. Vergilius libro. i. Aeneid.

Fluctusq;

HENRI. GLAREA.

Fluctusq; ad sydera tollit. ubi nō postulat Maro ut crea-
datur fluctum sydera tetigisse, sed ita alte eleuatum, ut
altius tolli non possit.

Hyperbaton, id est uerbi transgressio ait Quintili.
lib. 8. aspera dura ac dissoluta oratio. Huius. r. species
à Diomede ponuntur. Prima Anastrophe. i. inuer-
sio, ordo duarum dictionū præposterus. Vergili. lib. 5.
Transtra per & remos: quoties uidelicet præpositio
postponitur suo casu, ut Litora circū. Secunda Tme-
sis. i. dictiōis, alijs interpositis, sectio. Verg. li. 3. Geor.
Septem subiecta trioni. i. septentrioni. Sed in compo-
sito recte, in simplicibus nimis est asperum. Antiquitas
tamen fecit, ut Saxo cere comminuit brum: hæc Serui.
lib. 1. Aenei. Tertia Parenthesis interclusio seu inter-
positio secundū Quintilia. lib. 9. Fit cū sermonis coni-
nuationi mediis quidam sermo interuenit. Vergi. lib. 1.
Aenei. O' socij (neq; enim ignari sumus antemalorū)
O' passi grauiora, dabit deus his quoq; finem. Quar-
t: Synchesis. i. oblonga confusio. Aut, ut Donatus ait,
Hyperbaton undiq; confusum. Fit in turbata construc-
tione. Vergi. lib. 1. Aenei. Vina bonus que deinde ca-
dis onerarat Acestes Littore trinacrio dederatq; abeu-
tibus heros Diuidit. dum sit constructio: heros deinde
diuidit uina que bonus Acestes onerarat cadis in littore
trinacrio & abeuntibus dederat. Quinta Hystero-
logia. i. præposterus sermo. Vocatur etiam hysterona-
proteron

DE FIGVRIS.

25

proteron, sit cum quod prius dicitur, sit posterius. Ver.
li. 3. Aenei. Postq; altos tetigū fluctus & ad æquora uenit. Prius namq; ad æquora uenit, q; tangeret altos flu-
ctus. Idē. 2. Aen. Moriamur & i media arma ruamus.

Allegoria secundū Quintilia. lib. 8. inuersio est, quo
aliud uerbis aliud sensu ostendit. Verg. Claudiū iam ri-
uos pueri, sat prata biberunt, id est, canere desimite sa-
tis audiuimus. Idem. 2. Geor. Sed nos immensum spacio
consecimus æquor. Et iam tempus equū fumantia solue-
re colla. i. quæ tractanda fuerant explicuimus, iam cō-
gruum est carmē finire. Eius septem sunt species. Pri-
ma Ironia, id est, dissimulatio, illusio. Hæc diuersum ei
quod dicit, intellectum petit, ait Quintilia. lib. 6. Vergi.
lib. 4. Aene. Egregiam uero laudem & spolia ampla fe-
retis Tuq; puerq; tuus. Idem in eodē. Scilicet is superū
labor est. Teren. Id populus curat scilicet. Hæc nisi gra-
uitas pronuntiationis adiuerit, confiteri uidebitur q; d
negare contendit. Secunda Antiphrasis. i. unius uer-
bi Ironia, est enim dictio contrariū significans, vt bel-
lum q; minime bonum Qua nanos Atlantes uocamus.
Vel homunctionem gigantem, Aut Aetiopem argen-
teum. Differt ab Ironia, q; Ironia pronuntiando nu-
mat affectū & significatiōem, Antiphrasis aut̄ diuersita-
tem rei denotat, author Diomedes. Tertia Enigma
questiuncula uelata, que est species generis ob'curi in
orationis uitio. Quarta Charientismos, qua dure di-
cta gratius proscruntur auctore Diomede. Ut si roga ē

D quis

HENRI. GLAREA.

quis me vult aut quæsierit, et respondeatur bona salus
uel fortuna, ita neminem me quæsisse intelligo. Et
Terentianus Clitipho pro nihil respōdere se ait amicū,
recte. Quinta Paroemia i. prouerbiū vnel adagium,
ut Lupus est in fabula i. sermo nobis eripiunt per p̄r̄
sentiam eius de quo loquebamur. Nam Physici aiunt,
Voce deserit eum quē lupus prior uideat. Verg. Aeglo.
9. Moerim lupi uidere priores. Hæc figura latissime p̄
tet apud omnes authores. Ut luce clariss D. Erasmus
in Chiliadibus opere illo uerē aureo ostendit. Sexta
Sarcasmos i. plena atq; hostilis derisio, seu iocus cum
amaritudine. Ver.li.12. En agros et quam bello troida
ne petisti Hesperiam mettere iacens. Idem lib. 2. Aenci.
Reseres ergo hæc et nūtius ibis Felide genitori illi mea
tristia fata. Degenerēq; Neoptolemū narrare memēto.
Septia Asteismos i. urbanitas, oratio rusticitate carēs.
Verg. Aeglo. 3. Qui Bauium nō odit amet tua carmina
Meui, Atq; idem iungat vulpes et mulgeat hircos i.
pro pena habeat ut diligat Meūium peiorem poētā Ba
uio. et faciat quæ contra naturam sunt. fuerunt aut hi
Vergili et Horati hostes.

Homœosis, id est, similitudo, quando ex similitudine
cogniti in similitudinē incogniti deuenimus. Huius aut
tres species sunt. Prima Icon i. formæ ad formā cum
similitudine cōparatio aut laudis aut uituperatiois gra
nia. Verg lib. 4. Omnia Mercurio similis uocemq; colo
remq;. Hæc apud Homerum frequens est et Onidium.
Ita

Ita dicimus, ibat in prælū corpore tauri ualidissimi, seu impetu leonis acerrimū. Secunda Parabola. i. comparatio uel exemplum secundū Quintilia. lib. 5. uel similitudo scđm Diomedem. Verg. lib. 2. Aenei. Qualis mūgulus fugit cum sautius aram Taurus, et incerta ex- cūsbit ceruice securim. Hac figura præcipue Homerus & alij Poëtæ pleni sunt. Fuit aut peculiariis Syris & Phoenicibus, ut ex Euāgelio patet. Tertia Paradigma. i. exemplum facti uel dicti alicuius, Aut hortantis dehortantis uerba narratio. Hortantis, Verg. 1. Aenei. An- tenor potuit medijs clapsus Achiuis Illyricos penetrasse sinus. Dehortantis, Idem lib. 7. At nō sic Phrygus pen- retrat Lacedemona pastor, Lædeamq; Helenā Troia- nā uexit ad urbes.

Epimone. i. perseverantia, que sit in uersibus inter- calaribus. i. qui s̄epius in libris repetuntur. Verg. Ae- glora. 8. Incipe Mænalius necum mea tibia uersus. Idem in eodē. Ducite ab urbe domum mea carmina du- cite daphnīm.

Hypallage. i. submutatio, sit dū uerba per aduersam intelliguntur. Verg. lib. 1. Aenei. Tot uoluere casus In- signem pictate uirū. i. tot casibus uolui. Idem li. 3. Aen. Et dare classibus austros, id est, classes austro.

Antiptosis. i. casus pro casu positio. Verg. li. 1. Aene. Vrbem quam statuo uestra est, pro urbs; quanq; hoc gr̄eca imitatione excusat.

HENRI. GLAREA.

Hendiadis figura est dum substantium in adiectio-
num resolutur. Verg. lib. 2. Geor. Pateris libamus σ
auro. Idem lib. 4. Aenei. Ostroq; insignis σ auro. pro-
pateris aureis σ aureo ostro.

Lipote, id est, defectua oratio, fit dum minus dicitur
 σ plus intelligitur. Verg. li. 7. Munera nec sperno i. lis-
benter accipio. Idē li. 1. Geor. Nec nulla interea est ima-
ratæ gratia terræ i. maxima σ præcipua.

Chronographia, id est, temporis descriptio. Verg.
lib. 2. Aenei. Vertitur interea cœlū σ ruit oceano nocte.

Topographia i. loci descriptio. Verg. lib. 1. Aenei.
Lucus in urbe fuit media gratissimus umbra.

Geographia siue Cosmographia terræ siue mundi
descriptio. species hæ sunt Periphrasis.

Anapophora i. tacitæ obiectiōis responsio, ut sum
pius heu doleo Nam mihi s̄epe nocet: ideo enim dolet
quoniam s̄epe nocuit. Hæc figura Oratoribus σ Phi-
losophis familiarior est quam Poëtis.

Antithewon, id est, contra positum siue contrarium.
Ovidius lib. 1. Meta. Frigida pugnabante calidis, hu-
mentia siccis, mollia cum duris, sine pondere habentia
pondus. Hoc etiam Polyprotōn dicitur, inter schematis
species ante enumeratum.

Brachylogia i. breuiloquiū, fit teste Quintilia. li. 8.
cum plura paucis cōplectimur, cōtraria Macrologie.
Verg. li. 4. Aenei. Ferte citi ferrū, date tela, impellite ree-
mos.

*mōs. Hoc genus etiam Asyndeton ac Dialytōn dicitur
Erotima, id est, interrogatio. Vergi. in Tityro. Et
quæ tanta fuit Romanū tibi causa uidendi?*

*Epexegesis. i. prioris dicti expositio, fit cū sequen-
tia priora exponunt. Verg. lib. 10. Tolle fuga Turnum,
atq; instantibus eripe satis. Idem, lib. 1. Geor. Extremæ
sub casu hyemis iam ucre sereno. Porphyrius questio-
ne. xi. in Homerum multis modis ostendit, hoc apud
Homerum frequentissimum esse.*

*A postrophe. i. auersus à iudice sermo, ut author
Quintil. lib. 2. fit quoties sermo ab instituta narratiōe
ad secundam uertitur personam. Verg. lib. 3. Aene. Poa-
lydorū obtruncat, & auro Vi potitur, quid non mor-
talia pectora cogis Auri sacra famēs.*

*Prosopepeia. i. personæ fictio ait Quintilia. lib. 2.
fit autem cum rebus inanimatis uerba attribuimus, aut
quoties inanimatum cum animato loqui facimus. Verg.
li. 4. Aenei. Dulces exuia dum fata Deusq; sinebant,
Accipite hāc animam meq; his absolute curis. ubi Di-
do ad uestes loquitur. Ouidius lib. 4. Meta. terram lo-
quentem inducit cum fluminibus & mari quod est com-
mune plerisq; apologetis.*

*Euphonia transfertur à Prisciano bona sonoritas,
à Quintilio uocalitas, ut Aufero pro abfero, et pro-
sum prodes prodest, pro proes proest.*

Synthesis, id est, compositione, fit, ut quibusdam pla-

HENRI. GLAREA.

cet, cum singulare collectuum uerbo plurali componit.
Vergi. lib. 1. Aenei. Pars in frusta secant.

Allocosmia sive Allocosis, figura est primitans partium
orationis accidentia, Casum. Verg. lib. 10. Haret pede
pes, dēsusq; uiro uir, pede pro pedi. Est autē hic An-
tiposis. Numerū, ut iam dicto exemplo, Pars in frusta
secant, ubi est Synthesis. Genus. Verg. Aeglo. 3. Dulce
satis humor, depulsis arbutus hoedis, Lenta salix foeto
pecori, mihi solus Amyntas, nam ad dulce neutrū, et
masculina et feminina reddidit, quanq; dulce exponi
potest res dulcis.

Emphasis. i. amplior uirtus ait Quinti. li. 8. altio-
rem prebens intellectum, q; quem uerba per se ipsa de-
clarant. Eius due sunt species. Altera que plus signi-
ficat q; dicit. Verg. lib. 2. Aenei. Demissum lapsi per su-
nem; nam sic equi altitudo monstrata est. Idē li. 3. Aen.
Iacuitq; per antrū immensum saniem eructans. Nam
sic quoq; corpus vastum Polypheui significauit. Al-
tera species est que etiam id quod non dicit significat.
Idem lib. 1. Geor. Cum iam glandes atq; arbuta sacra
Deficerent sylue et uictū Dodona negaret. significauit
enim quod non dicit, hoc est non solum alię sed etiā sa-
cre. Sacrarum namq; syluarum sterilitas aliarū infœ-
cunditatē denotat. Est item hæc figura frequens in pro-
nominibus ille ipse et similibus. Feren. Hic ille est. Sic
dicimus: Aristoteles ille philosophorum præclarissimus.
Et in græcis articulis præpositiuis.

Epanodos, id est regresio, authore Quintilia. lib. 1.
Aut Adolescentiam iuuenis laudo, non autem cum qui
lasciviam sequitur. Vel. Principatus bonus est, non au-
tem is qui in tyrannidem commutatur.

Catexoche, excellentia uel eminentia. Vergi. lib. 1.
Geor. Que cura boū quis cultus habendo Sit pecori. p
excellentia dixit boues: Et postea intulit cætra peco-
ra, ut maius animal separat à minoribus, authore Seruio.

Paradiastole, id est, distinctio teste Quintilia. lib. 2.
Fit cū p astuto sapientem appellamus. Aut quoties rem
nostrā dilataamus interpretamēto: Ut prodigū liberalē
dicimus, Temerariū fortē, q modus uulgo est frequēs.
Adiiciunt nonnulli Euocationem, quæ est continua re-
ductio tertiae psonæ ad primā uel secundā, ut Ego An-
tonius scribo. Appositionē, quæ est cōtinua coniū-
ctio duorū substantiōrū, quorū alterum alterū decla-
rat. Vergi. lib. 6. Proximus ille Procas troiane gloria
gētis. Syllepsim, de qua supra in schematis speciebus;
At ille sunt constructionis potius q̄ locutionis figuræ.

Porrò longū esset si quis oīa nomīa, quibus Græ-
ci sui sermōis ornatum appellant, breui cōpendio enu-
merare uelit. Meminit multorum præterea Quintilia.
libris. 8. ac. 2. Nos breuitati consulentes hæc satis esse
studioso lectori, ac non omnino curioso putamus.

FINIS.

FRIBVRGI BRISGOICO.

1815851

ALBARI

• *O* sicut in Oceano, quod non est in terra, sed
in aqua, et in aqua non est nisi in Oceano. *O* sicut
in terris, quod non est nisi in terra, sed in aqua, et in
aqua non est nisi in terris. *O* sicut in terris, quod non
est nisi in terra, sed in aqua, et in aqua non est nisi in
terris. *O* sicut in terris, quod non est nisi in terra, sed in
aqua, et in aqua non est nisi in terris. *O* sicut in terris,
quod non est nisi in terra, sed in aqua, et in aqua non est nisi in
terris. *O* sicut in terris, quod non est nisi in terra, sed in
aqua, et in aqua non est nisi in terris. *O* sicut in terris,
quod non est nisi in terra, sed in aqua, et in aqua non est nisi in
terris. *O* sicut in terris, quod non est nisi in terra, sed in
aqua, et in aqua non est nisi in terris. *O* sicut in terris,
quod non est nisi in terra, sed in aqua, et in aqua non est nisi in
terris. *O* sicut in terris, quod non est nisi in terra, sed in
aqua, et in aqua non est nisi in terris. *O* sicut in terris,
quod non est nisi in terra, sed in aqua, et in aqua non est nisi in
terris. *O* sicut in terris, quod non est nisi in terra, sed in
aqua, et in aqua non est nisi in terris.

FINIS.

ALBARI BRASCOIO.